



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

19. Feria 6. Domin. 1. Epiph. Quid agendum, si sit malevolus Præses?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

ruerim perdere. Nolo queri de denario rep-
tito, qui centuplum accepi, & in spe vita
æternam.

MEDITATIO XIX.

Feria 6. Dom. 1. Epiph.

Quid agendum, si sit malevolus Præf.

Aspiciam D. IESUM subiectum etiam male-
volis Superioribus utriusq; statûs, Ec-
clesiastici, & secularis. Petam eum imitari.

Conf. 1. Si superiorem ab errore, quantum fieri potest, excusare debeo, multo magis a suspitione malitiæ debebo liberare. Si enim constet, malum esse Superiorem: quatuor hic attendenda erunt. 1. Persona, cuius est rationem reddere Deo pro subdito. 2. Persona facta, quæ si mala, non continuo præcipienda, monet D. Greg. 3. Vitiosa gubernatio: & zelabo, sed coram eo, qui iuvare potest. 4. Si mala moralia præcipiat, abobediendo: quia obedire Deo oportet magis, quam hominibus. Act. 5. Interea cogitabo hanc mihi positam in coelum viam: Beati qui loquuntur: putabo eam mihi e conditione venale esse sanctitatē, placandumque Deum, si mala publica lugeam, ut fuse docet S. Bern. Ep. 87.

Conf. 2. Quod si non sint mala moralia, sed malitiosum imperium, obediam tamen sicut reus, cum teneor vel in hac, vel in altera

vita

vita Deo satisfacere pro meis quibuscunque erratis: observabo duplici officio fungi Superiorem, cui succensco. 1. Vice suâ, quâ malevolus est, sed sine ulla omnino efficaciâ, quâ Deo solùm habetur. 2. Vice divinæ iustitiæ, cuius licet ignarus instrumentum est, ut Attila Europæ, Vandalus Africæ, Nabuchodonosor Iudææ ultores, & flagella: non feram molestè Dei ministros: mallem bonos, sed quis sum ego, ut legem ponam Deo? malitiam malus puniat, peccatum peccator, ingratus animus ingrato plectatur: expiandis malis tolerantia major est efficacior, virtuti- que perficiendæ aptior. In persecutione à Se- mei David ita se solabarur, quòd non sit potestas nisi à Deo, quòdque digna factis reci- piat, & quidem infra demeritum: rebus enim suis libenter domini parcunt. Deus Adamû morte consummatâ punire debuit, punivit inchoata.

Conf. 3. Quòd si pravitas Superioris im- merito mihi accidat, habeo exercitium vir- tutis, exemplum Patientiæ perfectæ dandi: nec primus hanc viam eo, præcessit Petrus Martyr, Mariana, Chrysostomus. &c. injuria- rum à Superioribus tolerantissimi. Affectu in transversum ducitur, qui in ferientem hominem, non sanantem Deum

oculos conijcit,

B 5

ME-